



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XXXVII. Pretio triginta argenteorum emitur ager à sacerdotibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appetiati, quem appetiauerunt filij Israel: & dederunt eos in agrum siguli, sicut constituit mihi Dominus. Actor. 1. 16. 17. 18. 19. 20. Viri fratres oportet impleri scripturam quam praedixit Spiritus sanctus per os David de Iuda qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum, qui numeratus erat in nobis & sortitus est sortem mortis huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & discesserunt omnia viscera eius, & notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum Haceldema, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim de libro psalmodum: sicut commemoratio eorum deserta & non sit qui inhabitet in eo. & episcopatum eius accipiat alter. 1. Thim. 6. 9. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multi a mutua vita & nociva qua mergunt homines ad interitum & perditionem.

## CAPVT XXXVII.

Pretio triginta argenteorum emitur ager a sacerdotibus.

**F**IGVRAE. Ieremias emit agrum ab Hananiah meel qui scribitur in libro & signatur. Ier. 32. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

PROPHETIA. Psalm. 61. 5. Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cuncti in siti: ore suo benedicebant & corde suo maledicebant.

VERITAS. Matt. 27. 7. 8. 9. 10. vt præcedenti capite. Actor. 1. 18. 19. vt eodem cap.

CAPVT XXXVIII.

Christus apud Pilatum accusatur.

FIGVRA. Daniel accusatur apud Darium & tandem innocens condemnatur ad lacum leonum. Dan. 6. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

PROPHETIAE. Psalm. 14. 3. *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* Psalm. 56. 5. *Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio ca-tulorum leonum, dormivi conturbatus, filij hominum dentes eorum, arma & sagitta & lingua eorum gladius acutus.* Psalm. 63. 4. *Quia exacerunt ve-gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.* Psalm. 108. 2. *Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.* Psalm. 139. 2. 3. 4. *Eripe me Domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde tota die constituebant praelia. Acceperunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum.* Ezech. 16. 48. *Vino ego dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua, & filia eius, sicut fecisti tu & filia tua.* Osee. 7. 13. *Vae eis, quoniam recesserunt a me: vastabuntur, qui prauaricati sunt in me: & ego redemi eos: & ipsi locuti sunt contra me mendacia.*

T

VF